

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Peter Pechlin Christianus Corfinius

Disputatio Ethica Virtutes, quae secundum appetitum informandum versantur, ut sunt Fortitudo Et Temperantia

Rostochi[i]: Pedanus, 1616

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729210715>

Druck Freier  Zugang



P. Becklin
R. U. phil. 1616.

Disputatio Ethica

69

Virtutes, quæ secundum appetitum
informandum versantur, ut sunt

FORTITUDO ET TEMPERANTIA.

Continens

Divino fretis auxilio

In inclyta Academiâ Rhodopolitana per-
missu superiorum.

PRÆSIDE

M. PETRO PECHLIN
Rostoch. SS. Th. Stud.

Respondente

CHRISTIANO CORFINIO
Rostoch.

Dnn. Collegis privatim ventilanda proposita

27. Martij loco, horisq; consuetis.

• 630 •

ROSTOCHI

Typis Joachimi Pedani, Anna 1616.

Reverendo & Doctissimo Viro Dr. M. Ioanni Corfinio
Todi Diacono, aenato suo charissimo bacce mittit



VIRIS

Amplissimo & Prudentissimo

DN. M. IOANNI CORFINIO

Inclutæ Reipub. Rostochiensis Consuli,
parenti suo filiali amore honorando.

Reverendo & Clarissimo

DN. IOANNI AFFELMANNO

S. S. Th. Doctori, & Academiæ Patriæ P.P.
adfini observando.

Clarissimo & Praestantissimo:

DN. M. IOANNI CARNEMO

Philosopho eximio, Gymnasij Zusatensis Conre-
ctori dignissimo, Praeceptor quondam cha-
risimo, fautori colendo.

Hoc Exercitium Ethicum,

D. I. C. D.

CHRISTIANUS CORFINIUS.

R. Resp.

2225.





DE FORTITUDINE.

THESIS I.

Hactenus universalí quasi in campo ex patiati, jam aliquanto retrahemus, & ad arctiorem nos astringemus clivum: Cum Aristotele ergo libri 3. caput. 8. & a. n. l. 3. à FORTITUDINE, suā indole generosa, & robore, à ceteris virtutibus moralibus vim, infidias, obrectationes propellente, auspicamur, secus ac à reliquis, quamvis non minus perfectis.

2. Degeneralioribus quippe primo loco agendum esse rectè monet a. n. in 1. l. cap. Et cum præterea de moralium virtutum in perfectam & imperfectum sectione egerit, hic perfectarum virtutum tractatum agreditur.

3. Quare autem prior locus præ alijs Fortitudini, & Temperantia secundus sit relatus, id est quod queritur: Est, qui propter dignitatem id rectè factum laudat, dignitatem, inquam, ut virtutis proprium. Deinde propter usum ejus maximum in rebus item maximis & difficillimis: Itemq., cum maxime hoc virum efficiat. Demum ad excellentiam, qua præ ceteris splendet, reddit.

4. Et sanè fatendum, si in generibus univocis de ordine certandum esset, de quo hoc in casu nemini dica scribi potest, cum multis quidem contendere posset; verum si ad justitiam pervenatum, aqua hereret.

5. Virtuti autem huic præterquam quod nihil de difficultate, nec de usu ejus maximo in rebus difficillimis & maximis diminutum cupinus, & deniq., ut maximè virum deceat, nos ta-

men non dedebeat, aliam fortè accommodatiorem dare hujus rei causam.

6. Assensum ergò à nobis facile feret Cl. Dn. Giphanius iudicium hanc causam probantis, scilicet quod ha virtutes in appetitu sensitivo suam sedem habeant, ut E. Aristoteles 3. Eth. 13. Quasi dicere vellet, partes animales esse priores natura; partes utpote animi expertes rationis, iram scilicet. E. Cupiditatem esse natura priores ijs que rationis participes: At tales sunt que circa iram & Cupiditatem. Ergo de fortitudine & Temperantia priori loco agendum est.

7. Ad equivocationem Fortitudinis praescindendam jam proximus aditus factus est, que triplici nomine nota. Sumitur n. 1. pro contemptu quorumlibet periculorum, atq. sic audacia quoq. competit. 2. pro corporis robore: sic Hercules dicitur fuisse fortis, sic Mirus Crotoniades, sic Cacus quo de a. n. p. 161. Tertia demum vera est pro virtute, res magnas gerens cum susceptione: periculorum secundum rectam rationis trutinam.

8. Hac est illa à ἀρετά τοῦ ἀρετῆς Gracis dicta, vel quasi à ἀρετῇ sine fluxu, eo quod vir fortis animo sit infracto. & minime fluctuante. Fortitudo Latinis à fortis dicitur, ut solent ex descriptionibus concretorum colligi definitiones abstractorum, ita & denominations principiorum Ethicorum seu virtutum ex deductis nominibus desumuntur.

9. Fortitudo ergo, ex Aristotele l. 3. c. 11. colligenda, est virtus moralis mediocritatē servans in illis, qua metum at fiduciam afferre possunt in adeundis & perferendis periculis honestatis, ac publica utilitatis causa, seu: qua res arduas publicè gerendas, infracto subimus animo, eo, quo dixi, fine.

10. Definitio data complectitur genus, objectum, & finem. De genere res in superioribus expedita, hic ergo bona via omitti potest.

11. Genus excipit objectum non prætereundum, de quo recte:

recte Philosophus, non circa tamen omnia terribilia, aut ea quae timemus esse virum fortem, c. 8. quippe cum nonnulla omnino timere debeamus, que & timere honestum, non timere turpe est. u. g. infamiam αἰδοξίαν οὐ μὴ τὸ inquit Philosophus, Φοβεῖσθαι τὸ ἐπεικῆς, καὶ αὐτόμων, οὐ δὲ μη Φοβέσθαι, ἀναιχιστός. At paupertatem τεκνῶν, pergit, ἵστως εἰ δεῖ Φοβεῖσθαι, οὐδὲ νόον, τὸ δὲ εἰλαῖς οὐ μη τὸ κακόν, μηδὲ διὰ αὐτὸν.

12. Neq; tamen propriè qui in his cernitur intrepidus fortis est: sed ex similitudine tantum fortis dicitur ait Philosophus.

13. At querit ultrà Aristoteles quasi dicat, si versetur ergo vir fortis circa terribilia, non supervacanei quesiti erit, circa quenam, an circa maxima?

14. Et cum hoc quoq; verum sit, quodnam illud εἰ δεῖ hoc est, Mors cum procul dubio omnium rerum sit horribilis, quippe cum terminus, nihilq; homini amplius mortuo nego bonum, neq; malum esse videatur, quomodo determinanda? non enim circa quamlibet versari vir fortis videtur, ut si in mari vel morbo contigerit, id est, quanam verè confidentiam nostris in animis, concitare possunt, que metum incutere?

15. Ad quod respondendum ex Aristotele est, distinguendo inter formidabilia, que duplia: Alia enim sunt supra hominem, que sunt tanta ut ab homine sanâ mente prædicto contemni non possunt, qualia sunt portenta, & extraordinaria prodigia, que DEI iram manifestè arguunt, ut sunt extraordinariae inundationes, fulmina, terra motus.

16. Alia sunt Secundum hominem, que suis sustinere potest humeris, quibus vir fortis est impavidus quidem, sed ut homo, non ut brutum animal, aut lapis; neq; verò temere adit pericula, sed ea duntaxat, que sunt honesta, & in quibus aliquid laude dignum, vel Reipublica utile se prestare animidvertit.

17. Hinc prudenter, admodum D. Acc. fortitudo vera &

propriè dicta consistit in his, inquit tribus. Cognitione, Electione & Fine, quæ est honestas accommodata fortitudini. Quod si aliqua sit fortitudo non propriè dicta, deficiat ab aliquo horum triū, ut postea in specie videbimus.

18. Malè sani ergò Psylli fuere, quos quoties res aquaria defecerat, eam injuriam graviter austro succensuisse Gell. testatur decretumq; fecisse, ut armis sumptis ad austrum, perinde quasi ad hostem jure belli res repetitum proficiscerentur: atq; ita profectis, ventum austrum magno spiritus agmine venisse obviam, eodq; universos cum omnibus copijs, armisq; cumulisq; montibusq; arenarum superjectis operuisse.

19. Scilicet recte, quod olim Taurus apud Gell. legitur respondisse, cum quendam gladiatorem Casaris in ludo fuisse auditisset, qui cum vulnera ejus à medicis exseca bantur, ridere solitus, eam veram & probam fortitudinem esse, quam majores sui scientiam esse dixerant, his quoq; Psyllis vento quovis levioribus obīci potest.

20. Finis germanæ Fortitudinis germanus, Honestæ est patriæ & suorum defensio: Unde Philosophus cap. 11. non ob necessitatem sed honestatem fortem esse oportere.

21. Cernitur autem ea & Belli & Pacis tempore.

22. Tempore BELLICO que hinc dicitur BELLICA. Estq; bac negotiatim μετά της θεοφόρου καὶ Δαρπόν, vel τεθη Δαρπαλέα καὶ Φεβερὰ speciatim Sagitt. l. 2. ex Eib. de forst.

23. Hec Fortitudo cum sit animi constantia in adversis, duobus modis contingere potest, monente Scal. l. 3. poet. p. 235. aut contemnendo, & durando, aut obviam eundo & expugnando.

24. Ita fortis Achilles quum pertulit Agamemnonis injuriam: fortis Ajax qui non est passus judicij iniquitatem, ut erg. n. superat, majorq; est ipso incommodo.

Utramq;

25. Ultrām sp̄c̄iem ex h̄aust̄ Aeneas, qui etiam doceat
alios,

Durante

Superanda omnis fortuna ferendo est
etiam ut se vel parem obijciat fortuna, vel constituat superiorem.
Queradmodum vero & subeat pericula, & obeat quoq; multis
locis luculentissimè scriptum est. Sive in locorum difficultatibus.
Quid enim tetrius Tartaro? & tamen adiit. At quo animo? Du-
cem Sibyllam.

— non timidis vadentēm passibus æquat.
sive immineant à personis, de quo uberioris vide sis Scal. d. l.

26. Ex Patrum numero Heroes fortissimi, Abrohamus
parva manu Assiriorum copias profligens, David, Gedeon, Sam-
son &c.

27. Licet autem & in alijs justis causis discrimen vite
& fortunarum non recuset fortis, precipue tamen ex ferro &
flamma Martis honorem petit: unde mors Bellica hujus obje-
ctum primarium statuendum cum Caso censemus l. 3. Quest.
Ethic. cap. 6.

28. Extrema sunt: & in DEFECTU quidem Δειλεία seu
μαλακία Latin. Ignavia μεθυμητῶς, quia timor reddit homi-
nes ignavos & segnes. Est autem bac dolor ex cogitatione
mali impendentis, quod aut molestiam, aut perniciem
adducere videatur in confidendo deficiens. Semper vero
malè sperat is, qui ignavus, & timidus, & subinde metuit ne
cælum ruat.

29. In EXCESSU est Audacia. Et est hoc vitiū duplex, unis
est in αρετā, uno verbo intimiditas A. de Bell. vif. t. 2. de 1. sp̄cie
Qual. si abstractivè, intimidus si concretivè secundū defectum Ti-
moris. Aristoteles quamvis fateatur proprio nomine carere, sicut
& alia per quam multa propter rerum copiam & inopiam voca-
bolorum, attamen insanum posse dici ηγνόμενον ἀνέλγητον cap.
9. l. 3.

Alterum:

30. Alterum vitium quoq; est, quod in rebus formidolosis metam confidendo transilis, & dicitur, Gracis ~~de gouv~~ audacia, quævis adiens pericula siue modo, siue bono fine.

31. Hic putat se virtutem imitari, cū revera nobilominus agat, & virtus minimè adsit. Ante periculum autem singulare præ se ferūt confidentia audaces, & in lachessendo sunt perniciissimi, & pertinacissimi, sed in ipso periculo animum despontent, & cum illo Comico Thrasone sibi cavent post principia; vid. etiam quæ Philosophus habet c. 9. prope finem.

32. Conficiaturne autem magis, fortitudo circa τὰ φρεγά occupata, an circa τὰ θρασύτερα ulterioris solet esse quæstio nos prius, ut verius posteriori relicto cum nobilitoribus quibuscunq; Ethicis amplectemur. Unde Philosophus dicit καὶ ἐπίλυτον οὐ αὐδέραι καὶ δικαιώσιν τοῦτο hoc est res molesta est fortitudo, & difficilis, quia circa molestissima versatur. Et merito laudatur, quippe cum molesta sustinere quam jucundis abstinere difficilius sit Cap. II.

33. TEMPOR E P A C I S quæ gerenda circa illa versatur F O R T I T U D O T O G A T A , quæ est fortitudo in pace quæ gerenda publicè infracto gerens auimo.

34. Hujus objectum φρεγά, non qualibet, sed qua tempore pacis occurruunt, ut sunt, paupertas, carcer, exilium, & cetera Tyrannorum tormenta.

35. Et hactenus de verâ; Apparentis etiam jam restat discussio, & est secundum Philosophum duplex c. 10.

1. αὐδέραι τολμηρή fortitudo civilis. 2. αὐδέραι διὰ τὸ επιτελέσθαι hoc est ab experientia nata, experimentalis. 3. διὰ ὕπολειαν iracunda. 4. διὰ λόγια fiduciaria. 5. διὰ τὸ ἄγνοον, hoc est propter ignorantiam periculi, q. insciam fortitudinem diceres.

36. Prima Politica inde dicta est, quatenus à legibus precepta! jubent enim leges ut quilibet civis libertatem, religionis
salu-

salutem & incolamitatem sua civitatis pro virili, etiam ad mortem usq; tueatur, & propugnet, atq; ideo premia & honores propo-nunt ijs.

37. Et sunt duum generum i. qui amore laudis & glo-ria faciunt quicquid faciunt, ne possit illis timiditas vel ignoratio tanquam probrum quoddam obijci, ut Hectoris ab Achille provocati exemplum probat. plura vid. apua Magir.

38. Alterum genus eorum est, qui necessitate aliqua adi-guntur ad pericula & coguntur, quod fieri afferit Philosophus c. 9. in ijs militibus, quos belli Imperatores aut minis ducunt, aut cogunt ad pugnam, aut alijs artibus q. d. aut strategematisbus ita circumdant, ut non possunt effugere, sed cogantur pugnare.

39. Militaris fortitudo est animositas & confidentia in adeundis periculis profecta ab experientia eorum qui antea sa-pius ex hujusmodi periculis salvi evaserunt: & propterea Phi-losophus dicit à Socrate existimatum, fortitudinem esse scientiam, de quo latius vid. Philosophum c. 10.

40. Iracunda, quam ira vel odium ad vindictam sine certo consilio excitat. Ino & revera in fortibus confici iram monstrat abunde satis Philosophus d. l. At iram conferre ad for-titudinem cave de alia, quam moderata accipias, que data à natu-ra ad propulsandam injuriam, que tantum locum habet in animis generosioribus, secundum tritum hoc

non cadit in molles nobilis ira viros.

At que à sola ira oritur fortitudo, non est vera fortitudo rectè & prudenter Magir. astricta.

41. Fiduciaria ex quarta classe est, sive excitata: Nam propterea in periculis confidunt, quia & sapè & multos vicerunt. At nec hanc esse veram virtutis bujus speciem, constat ex an-sedictis.

42. Restat fortitudo diabolus & ignorantiā, animo
B fitus

sitae in adeundis periculis profecta ex periculi ignorantia, hac
à precedenti quomodo differat videatur Aristoteles d.l.

Et tantum de Fortitudine, mox subjuncturi questiones, ubi-
prius quoq;

D E
T E M P E R A N T I A.

T H E S I S . I.

Virtutum esse aliquas circa passiones, quorum objecta respi-
ciunt & pertinent ad corporalem vitam ex predictis non potest
esse obscurum, nisi hæc obscurum sit, quod non eodem modo contin-
gat. Ita objecta hæc respiunt interimentia vitam, & ea fuit
Fortitudo, de qua precedenti diaconie : restat virtus quæ obje-
cta respicit conservantia vitam, quæ est Temperantia.

2. De qua non immerito post fortitudinem agitur: quem-
admodum n. in civitatis alicuius oppugnatione, defensione, non
satis est hostem à muro repellere si proditores intra mnia, tectaq;
maneant : ita in virtutis cultu satis non est vim novisse Fortitu-
dinis, qua externum vincamus hostem, nisi Temperantia quoq;
vim perspectam habeamus, qua superare internum hostem &
mentem à malis effectibus, qui à voluptatum blandimentis obori-
untur tueri queamus.

3. Liberanda a. prius est ab æquivocatis his, antequam
determinetur : primò n. sumitur Temperantia generalissime pro
accidente, seu affectione animalium, de qua autor n. c. 2. l. 1. 2. ge-
neraliter, tamen ut homini competens omnes complexu suo conti-
neat virtutes, ibid. 3. hic propria est, & specialis.

4. Hæc est Virtus moralis mediocritatem servans in
voluptatibus corporis, quæ gustu & tactu percipiuntur,
ut determinatum est à Philosopho c. 13.

5. Temperantia à temperando nomen accepit, quod volu-
ptates

ptates temperet & refranet, Σοφεοντι φιλοσοφο δicitur q.
τωλεοντι φερεντι conservans mentem, quo Cic. Tusc. quast. respe-
xisse videtur, dum scribit, frugalitatis esse proprium motus animi
apparentes regere, & sedare, semperq; adversantem libidini mo-
deratam in omni reservare constantiam.

6. Objectum Temperantie vel est per se, vel per accidens.
per se est voluptas inde dicta, quod id maximè velimus, quo de-
lectamur, cuius def. vid. apud. Scal. ex. 299. s. 2.

7. Est autem voluptas vel animi vel corporis. De hac
autem non de illa nobis instituta Διατοκήψις est; siquidem ex vo-
luntate animi, qua 1. in honoribus & doctrina consistit jam ra-
tum & tritum est, neminē dici Temperantem, licet videatur ita.
2. in conversatione & colloquio, quippe ex quibus voluptatem
multi percipiunt, qui dicuntur potius garruli & nugatores, quam
intemperantes. 3. in acquisitione opum & prosperitate amicorum
Sed nec hi dicuntur temperantes, sed frugales aut avari.

8. Cernitur igitur Temperantia in voluptatibus corporis,
qua ex quinque percipitur sensibus, ex quibus tum visus, auditus,
olfactus non sunt objecta hujus per se, sed per accidens, quatenus
scilicet excitant in nobis pravum & inordinatum appetitum ea-
rum rerum quas videmus, audimus, olfacimus, &c. E contra
verò tactus & gustus. quod latè probando Philosophus c. 13.
persegitur.

9. Ex gusto proveniens pertinet ad nutrientem anime
voluptatem: sunt enim voluptates sensuum, & in primis gustus
propter animi perfectionem: Ex tactu ad generantem, qua est
delectatio, quam ciet.

10. Ha sunt communes & proprie. Communes & natu-
rales sunt, quas omnibus hominibus & animalibus natura in-
didit. Propria & accessitæ sunt, quibus quisq; privatim delecta-
sur. Alij enim alijs minus magisq; capiuntur.

11. Ha magis refractaria sunt, minusq; cobiberi possunt,

quam naturales. In his igitur Temperantia maximè versatur, nam virtus est difficilima.

12. Per accidens objectum Temperantia est dolor, non animi sed corporis non visus, non auditus, sed gustus & tactus. In his enim versatur Temperantia, quatenus ex rerum jucundarum privatione nascuntur.

13. Extrema seu disparata sunt in nimio ἀκολασίᾳ (ducto nomine ἀνόλαζω, quod est punio, coercio, mutuato vocabulo, ut vult Aristoteles in fin. l. 3. à pueris male educatis, quorum petulantia non est castigata) intemperantia, virium, quo citra delectum quævis voluptates nulla habita ratione honestatis immoderatè expetuntur.

14. Quapropter (verba Philosophi sunt d. l.) mediocres cupiditates esse oportet, ac paucas, rationiq. minimè adversantes. Atq. id quod tale est, obediens, ac castigatum, temperatumq. appellamus.

15. In defectu, si aliquis est, tamen valde rara, sit tamen stupiditas quæ planè voluptates, etiam honestas, in d. homini à DEO ad vitam ipsam tuendam insitae & concessas respuit & planè nullis voluptatibus afficitur avia. Ænōia id est, sensuum deficitio, hoc vitio laborans dicitur avia Ænōia.

16. Breviter quoq. de speciebus videndum nobis est, quia n. est in his prolixior.

17. Species enim temperantia sunt Sobrietas, Temperantia gustus, quæ cibi & potus tantum capit, quantum natura convenit. Si enim aliorum spectet potus, ut satis sobrie Scal. ex 229. f. 2. quam ad liquefactionem, attenuationem, lubricationem, delationem cibi faciue suā naturā crassioris, ex suis exit finibus, neg. amplius est voluptas.

18. Ita species que prius recta erat, distorquetur, ac depravatur iterum Scal. d. l.

19. Hinc in excessu opponitur Bibacitas, quam consequitur.

ur Ebrietas, Sagitt. l. 2. ex. etb. ἀγω, 10. De hujus vel infinitis
malis, que reconsent medici, nostrum dicere jam non est prolixius,
corum interim scholam consuendam scadimus.

20. Hujus in defectu, quod dolendum, vitium in Germania
rarum est: ubi qui in defectu minus quam equum est, bisce
voluptatibus latentur, pauci admodum inveniuntur.

21. C A S T I T A S est temperantia tactus, que contra
flamas mentem servat, integrum carnem corruptam. Et hoc est
Amor seu voluptas propter speciei conservationem, Vid. Scal. ex.
d. & s. ubi & differentiam inculcat non obscuram inter eam Ve-
nerem, que liberos querit, & quae nescio quid cænt abligurit ani-
mo, ut loquitur ipse ibid. Illa vero est ex casto amore, qui est af-
fectus unionis, quo de latius Sagitt. d. l.

22. Et quamvis Cicero 2. de Invent. plures faciat Temperantiae species, ut Continentiam, Clementiam, Modestiam, sic tamen
sumpto Temperantiae vocabulo latius: Alij item, qui alias species
buc referunt: Abstinenciam, Pudicitiam, Castitatem & Virginita-
tem, quorum è numero & a. n. Nos tamen has omnes ad sobrie-
tatem & Castitatem revocari posse sine absurditate, statuimus,
excepta Clementia & Modestia ex sententia Ciceronis, quas alio
pertinere putamus.

Ταῦτη οὖν ἡμῖν εἰρηνῶσαι τοφεούντες.

QVÆSTIONES.

Utrum in Appetitu sensitivo aliquæ virtu-
tes insint?

Controversia extitit inter Scotum & Thomam, Scotistas &
Thomistas. Neg. tamen ut recte monet Scotus de omni virtute
morali, sed de sola Fortitudine & Temperantia quæstio est. Ulri-
usq. sententia primum statum proponemus, subjuncturi quid de-
betare tenendum. Scotus volebat, & Scotista Fortitudinem

B. 2.

&

Et Temperantiam, ut propriè ac simpliciter virtutes morales sunt,
residere in voluntate. 2. Dari in appetitu quidem tam irascibili
quam concupisibili aliquos habitus, quibus circa fortitudinis Et
Temperantie materiam rectè afficiantur, qui tamen habitus ad
virtutis dignitatem non pertingant, quam sententiam Scotti pro-
positam nobis reliquerunt Conn. disp. 7. Eth. q. 5. a. 1. Thome u.
Et Thomistarum hac fuit, Fortitudinem Et Temperantiam non
inherere in voluntate, sed in appetitu sensitivo. Argumenta
utriusq; sequuntur. Scottus ita rationabatur ex definitione vir-
tut. mor. Virtutes morales in sunt in ea potentia, ad quam perti-
net electio Et libertas, vi definitionis. Atqui Electio est actus
voluntatis, non appetitus sensitivi. Et voluntatis actiones pro-
priè Et simpliciter liberae sunt, non a. que ob appetitu sensitivo ex-
ercentur. Igitur virtutes morales non in appetitu, sed voluntate
haerent. 2. Ab Electionis subjecto, quod consistit in voluntate;
Non n. negari potest, inquit, nos à voluntate dicere actus circa
materiam temperantie Et fortitudinis Et cum moderatum ci-
bum eligimus, cum etiam repugnante appetitu constanter dolores
perferimus, Et pericula adimus. Ergò per ejusmodi actus gi-
gantur in voluntate habitus fortitudinis Et temperantie. 3. Ab
imperfectione. Voluntas eget harum virtutum habitibus: sed
tamen potest eos suis actibus comparare. E. insint voluntati
neceesse est. Alterum pronunciatum Scottus ex eo ostendebat,
quia ad cohibendas effrenatas appetitiones utriusq; appeti-
tus, ne rationem turbent; voluntatemq; ad se trahant opus esse
habitibus, qui in utroq; appetitu insint, Et ejusdem acti-
bus comparentur: At quod ij nequaquam rationem
obtineant perfectæ virtutis, jam ex predictis liquet.
E contra Thomas: Fortitudinem Et Temperantiam non in volun-
tate, sed in appetitu sensitivo haerere, nullam dicens, potentiam
indigere aliqua qualitate, qua inclinet ad id, ad quod suopote iu-
genio propensa est: quomodo se habet voluntas tum ad bonum in
commuue, tnm ad quodlibet particulare bonum, cuiusmodi est
omne

omne bonum rationis, quod est ordinis naturalis, & proprium
eali supposito, eiqꝫ commensuratum. Cum igitur rationis bonum
quod cernitur in cohibendis passionibus appetitus sensitivi, sit bonum
quoddam ordinis naturalis, experenti proprium, nec ejus
vires excedens, sit ut voluntas non egeat habitu, quo in tale bo-
num feratur, egeat tamen appetitus sensitivus, qui ex sua natura
non tendit in bonum rationis, utpote illius mensuram & captum
ex superans, sed in bonum delectabile. Hanc sententiam, quia
magis Aristotelica & Peripatetica, nos cum Thoma defendemus,
& ad argumenta Scoti & sectatorum respondemus I. Licet Ele-
ctio & libertas prius perfectius qꝫ voluntati, quam appetitui con-
veniant, tamen suo etiam modo cadere in actus appetitus sen-
sitive, quatenus movetur à voluntate, & ei civili obsequio pareat.
idqꝫ sat esse, ut ejus habitus electivus nuncupetur. Neqꝫ per ejus-
modi actus gignuntur in voluntate Temperantia & Fortitudo,
quippe cum voluptas ijs habitibus non egeat. Et esto, in bono ra-
tionis contra insurgentes passionum impetus tuendo, amplecten-
dog, difficultatem sentiamus, eam tamen difficultatem non ex ipso
voluntate, sed ex ipso appetitu sensitivo provenire, ad quam pro-
pulsandam sat est, operâ beneficioqꝫ virtutum certè disponi ac
mitigari. Vide latius Conn. d.l. Nos querimus ulterius.

II.

Num Fortitudo sit molesta?

Ubiqꝫ parti asp̄ulantur rationes. Pro parte ajente slet ar-
gumentum ab objecto ejus petitum, quod veretur secundum for-
midabilia, & doloris plena, imò mortem ipsam omnium rerum hor-
ribilem Arist. 3. Eth. c. 8.

Pro negante, à generis proprio seu fine: Omnis virtus est
bonum laudabile & jucundum: Voluptas enim animi est indivi-
duus virtutis comes. At quis fortitudo est virtus. E. 2. A.
causa.

causam naturali. Ad quod omnes naturaliter incitatur, & du-
cuntur, illud nequit esse molestum. At qui ad fortitudinem ve-
ram omnes naturaliter incitancur. Ergo; Videletur unus homi-
num, non expetens pacem & defensionem patrie.

Pro conciliatione; dist. inter objectum & finem. Hujus re-
spectu, Fortitudo est voluptatis plena, & vincit acrimoniam i-
stam longè gravissimam, quod probatur posterioris sententia ar-
gumentis. Ratione verò objecti ita est, ut prioris sententie fir-
mamenta contendebant. Quod ergò videmus, in agrotis & vul-
neratis gravissima sapè vulnera ferre haut molestè spe scilicet sa-
nitatis! & quod gladiotoribus accidit, molestas sapè plagas spe
tantum victoria, bouoris, & applausus causa pati, idem accidit
viro forti.

III.

An lachrymari licet viro forti?

Carnequa enim est cerebri non usq; adeò sani, virum for-
tem instar Marpesea cautis esse, que nullis affectibus omnino
tangitur; Quare si non dedecent affectus naturales virum for-
tem. Ergo quidni illis angatur? At non dedecent; aut enim id
fieret vel respectu fortis, qua fortis est, aut hominis, qua homo.
At neutrum est. Ergo. Non quā homo, quia quod natura in-
sistum απλῶς dedecere non potest, Sagit. de fort. ita enim pugna-
rent cum viro forti naturales commiserationes & οὐμαθείαι;
At non pugnant, quia in eodem subjecto stare possunt simul. 2. Si
hoc & similia essent simpliciter mala in Christum cadere non pos-
sent: At cadunt Luc. 19. v. 41. Ergo. Quin potius cum lachry-
mat quando & quomodo decet, tanto magis Heroica natura
quod dignum est, facit lachrymae quippe signum sunt & indicium
naturae bonitatis & σογῆς vehementioris, significantq; cum ani-
mi magnitudine & generositate conjunctas affectiones & miseri-
cordiam

cordiam Gocl. disp. phys. l. 8. th. 31. Quà & de causa soli homini ad testandum animi internam affectionem sunt concessæ. At contrà: Virum fortē esse intrepidum, infractum animo, non muliebri præditum, non uxorium; non desperabundum, sed tamē qualis illius erat, cujus hæc verba

Tune cede malis, sed contra audientiorito. Breviter. Dist. inter commiserationem, indignationem, aut desperationem. Illam dicimus humanam, & Heroicam, hæc vero desperationis nota minimè fallaces sunt.

IV.

An fortē sint dicendi, qui sibi ipsis manus inferunt?

Probari posse videtur 1. ex sacris. Nam de Razia 2. Macb. 14. legitur mortem oppetere maluisse, quam vitam malis gravioribus expositam: Quo & exemplum Samsonis refertur Judic. 16. v. 30. 2. Exemplis Ethniciis, qui visi, aut ita videri saltem volebant fortes ut constat exemplo Zenonis, Cleantis, Anaxagora, Lucretiae, Catonis, Scipionis &c. 3. testimonio Ciceronis. Ibi non sis, adjentis, qui fueris, non est quod velis vivere. Sed non ita. Quia pugnat cum scriptura, & expreßè contra 5. decalogi verbum. 2. quia prohibemur interficere proximum. Ergo multo magis nos ipsos, ita charitas à nobis incipere dicitur, & nemo carnem suam odio habet Eph. 5. v. 29. 3. non respicit honestatem, sed apparentem utilitatem, siquidem apparet illi mors p̄ alio malo minus malum. Hanc in rem fertur illud imprimis Hieron. non recipit Dominus animas, quæ invito Domino ex corporibus exierunt. Ad 1. ergo Respondemus ad exemplum Razia: librum istum esse Apocryphum; & si vel maximè non effet, distinguendum effet inter id quo ponitur narrativè, & assertivè; narrativè hic ponitur, sed non subjungitur probatio vel assertio. Ad exemplum Samsonis, illud

C

lud

Iud esse singulare, & factum Heroicum: qua Responso Canone Theologico vel maximè stabilitur. Heroica talia non esse temere sequenda. Ad Ethnicorum exempla quod attinet, rectè nos fecerint nec ne Aristoteles edocebit 3. Eth. c. II. Τόδε ἀμθυησούσαι Φεύγοντες πεινασ, η ἐρωτα, η τὸ λυτονερ, σὺν ἀνδρεis, ἀλλα μᾶλλον δειλες. Nam (ut subiicit) laboriosa fugere, nec quia honestum est id facere, sed ne malum habeas, mollitia est. videantur D. Chemnit. & alij: Nos ulterius queramus.

V.

Martyrium num vera esse possit species fortitudinis Ethicæ, & num fortiores sint S. DEi Martyres illis in pugna belli fortiter occumbentibus?

nullum genium sine Marte triumphi:

Commune habet proverbium: Martyres ergo S. DEI Iouis verè fortis negabit, immò fortiores etiam illis, qui in bello fortiter pugnando occumbunt? Unde fortitudinem illorum propriè dicāt non analogiè dicimus. An verò sit ejusdem speciei cum illis, de qua queritur in Ethicis, hoc est, quod negamus sequentibus fundamentis 1. Quoniam nostrates Theologi calicem (de cuius vocis significatione multiplici non dicemus nos, quod alias satis accurata censura & penititatione praeceptor noster, Cl. Dn. D. Affelmann, super Ps. preficit) hunc martyrum referunt ad calicem Christi secundum, cum in scriptura locis communiter vocetur calix DEI, & hoc ob triplicem causam 1. quia singulare donum DEI Martyrium. 2. Quia quod membris pijs contingit, illud sibi ipsi factum fuisse afferit: sic Act. 9. ad Paulum persequentem Ecclesiam Christi & Christianos, quid me, aiebat, persequeris. 3. Quia martyrium subeuntes hujus calicis Dominici, hanc virtutem acceperunt, t. ibid. D. A.

Proba-

11. Probari potest etiam exinde, quod non minus hic calix nostris viribus acquiratur, quam ipsa iustitia: Ubi tamen constat morum externorum voluntatem & intellectum causam esse proximam: hinc illud Philosophi 3. Eth. c. 7. facultatem principiorum habituum in nobis esse: At ubi ubi principium illud martyrij? nusquam certe. Plura brevitatis ergo omittimus, etiam contrariorum forte argumentorū excusione ad disputationis examen reservaturi. Ad alterum quoq; quæsti nostri membrum sese jam mens nostra vertat necesse est: Martyres etiam s. fortiores illis esse in bello fortiter pugnando occumbentibus; cuius talis esto ratiocinatio: si in bello via reliqua esse potest licet tantum quoad spem, in Martyrio v. omnis liberationis spes erepta sit, sequitur invictè Martyres fortiores in bello occumbentibus: At verum est prius ergo. 2. Ubi est major cruciatus & diuturnior, ibi major etiam fortitudo: At in Martyrio cruciatus est major & diuturnior. E. in bello minor est fortitudo, quam in Martyrio. Demum, cum omnī in Martyrij supplicio erepta sit vindicta! in bello verò occumbentibus opponendi sibi mortem inferentibus potestas sit, sequitur iterum martyrium superare fortitudine belli pugnam: ita Martyres acerbissmis subiiciuntur doloribus & torturis immanibus, quorum tamen victoria in cœlo est, non in mundi præmio aut lucro.

VI.

An Christianus Magistratus bona conscientia possit gerere bella?

Rector Agesilaus dixit: si omnes homines essent justi fortitudine haut opus esse s. quid si nos ita, si omnes homines justi essent, bello haut ullo opus esse. At maximum hominum partem quovis angue pestilentiorem esse rectè Scaliger. ex 33. s. 1. Sed nec placet nunc etiam in hominis inkumanitatem declamare,

differendum ergò. Præsens questum quod attinet imus affirmatum legitimè id à Magistratu Christiano fieri posse & pace conscientia, quamvis olim periculosem de proposita questione sit disputatū, quod ad lectionem Chemnitianam remitteremus jam. Ex V. T. plura possent produci exempla pro nostra sententia, sed ne apud adversarios videamur principium petere ex N. T. prius (de eo enim illi homines litigant) probabimus, postea taraen ex V. idem probabimus. Ex N. ergò. T. ita probatum damus; Si militiam, bellatores, centuriones, belliduces, militum stipendia Christus ipse non modo tolerat, verum illi ipsi benefacit opitulando, succurrendo sanando eorum clientes i. Cor. 9. Matt. 8. Act. 10. Ergò bellum simpliciter improbari non potest. (Stante hac tenuis recto tali Canone Logico, posito uno Conjugatorum ponitur & alterum.) 2. Si religio defendenda Christianis, si pro Christo & patria dimicandum omnibus, utiq; & media, quibus omnino eaperaguntur, arripienda; hactenus enim inconcussum, qui vult finem, media velit necesse est. Prius quis negabit? sic euuium acta populi Israëlitici οφιλμοφαρως ostendunt. Posterior ergò quis impugnabit? Bellum ergò qua bellum est in hoc quidem humani generis statu per se malum non est, ac proinde etiam Christianos non dedecet, sed injustè susceptum, injustè gestum. Proinde etiam disting. inter bella offensiva & defensiva: Illa sunt haut necessaria quibus subditi in honeste & iniquè premuntur, principes & subditi libertate privantur. Horum igitur bellorum autores dabunt tandem D E O gravissimas penas. Hac vero sunt, quæ geruntur pro salute patriæ & subditorum, ut bi ab injurijs liberentur, & libertas defendatur. Sunt igitur non solum concessa, sed & necessaria. Argumenta quæ excepti possunt, cum Deo in conflictu ipso diffabuntur. Et quid multis, an non D Eus ipse multa bella gerenda suscipienda præcepit, eis interfuit, & ordinavit? Sic Jos. c. 1. Iudic. 6. 11. 13. Et tamen D Eus justus est, non faciens iniquitatem Sep. 3. v. 5. Quid
ad

ad hæc a. adversarij? os eorum impurum ita blasphemati; hæc a.
et a patrum, simili modo ac polygamie à DEo permissa: at quan-
frigidè! cum non permitta ligentur nude, verum mandata, pra-
cepta injuncta quod ex antè allatis jam nobis constitit, quod secus
est de polygamo, apage jam cum commento, nugamento: bache-
nus enim quod mandatum habet, permissionem nudum excludit.
Demum, quid si concludamus ita: Quicquid DEus in V. T. præ-
cipit, & in N. T. non improbat, sed quo sapè sp. s. utitur ad docen-
dum, non est permisso nuda sed potius sit approbatio. Et hoc
est, quod jam probatum fuit. Hoc a. latius deducere nos non
est instituti; Et quid preterea Origenistico, Marcionitico, Ana-
baptistico, & Photinianorum novellorum ingenio sit opponen-
dum & respondendum, Videantur nostrates Theologi, D. Chemn.
p. m. vid. unà Dn. D. Affelmann. in disp. resolut. triad. verb. è
septem test. Christi in cruce tb. 26. alij item viri longè clarissimi
nobis sufficiat questionem à limine hæc vice salutasse.

VII.

Quid Temperanti faciendum à Magnatibus invitato, si ad potandum cogatur?

Ebrietas vel est saturitatis, vel temulentia & ingurgita-
tionum. De illa paßim in doctrina Evangelica, de hac Demosthenes
Philocrati & Æschini Philippum laudantibus strenue biben-
tem, dixit, idem & spongia facere potest. En strenuum bibacem
tantus sapiens quam despiciat & scilicet ne dignatus quidem brutis
animalibus, que hac in parte meliori nota commedatur, sed sp̄ogia:
sanè res vilis, at viliores tales homines. Plato jussit, ut discipuli
ebryj in speculo sese contemplarentur. Aristippus itē jactanti, quod
multum biberet, nec tamen ineibriaretur, quid, inquit, magni nar-
ras, cum idem quoq; faciat mulus. Tales nostro (prob pudor, prob
dolor) reservati seculo quoq; inveniuntur Marci bibuli bacchi-
tantes.

tantes, qui suo vitio satiari possunt non tantum, quin etiam
hujus insuper artis ignaros contemnunt, irrident, ita haec bractea-
ta invaluit parasitatio ut cum Scal. alicubi, loquar. At longè ali-
ter antiquitas, quæ Græcorum ebrietatem falce virtutum amputa-
bat. Sed quò progredior, redeundum est quo incepérām. Scilicet
questiōni justa persolvamus: non ergò incommode responsi loco il-
lud Socratis de convivis, quos ad se vocabat, dari potest. Si boni
sunt, dixit, satis apparatus sin mali, plus quam satis. Eundem in-
modum si boni sunt, qui te invitant, non te cogent, ut cum detri-
mēto naturæ potes; sin mali, non est quod eos offendas. Addi-
mus, si noveris ante eorum ingenia abstinuisse, quam ad suis
satiis.

VIII.

An sit dicendus sobrius qui nunquam ho-
instis interest convivijs?

Hoc nomine plures inveniri quis neget: Age, an sobrū h̄e
possunt dici? Negamus his rationibus 1. Homo est animal politi-
cum inquit Aristoteles 1. polit. c. 2. Ergò honesta non debet evi-
tare. 2. Homo est articulato sermone præditus. Abborrere ergò
non debet honestis conversationibus, quippe cuius in his tantum
usus est. Deniq; S.S. scripture & invitatione, & quod in primis
fertur ipsius Christi exemplo Ioh. 2. &c. Addendum v. existi-
mamus cum D. G. finem honestarum convocationum esse volup-
tatem animi, & non corporis, virium recreationem, & non in-
gurgitationem, & proinde excessum omnino esse fugiendum.
ad ejusmodi convocationes respxisse videtur Senec. l. 2. epist. 15.
t.B. dandum videlicet esse intervallum aliquod animo, non ut
resolvatur, sed ut magis acutatur. Et bie
questionum finis esto:

πΑ

ΠΑΡΕΡΓΑ.

1. An Angelis competit habitus fortitudinis? **N.**
2. An fortitudo sit prestantior justitia? **N.**
3. An voluptas de omnibus voluptatibus possit praedicari univoce? **N.**
4. An coacta voluntas sit voluntas? **ἀπληστόν certe acceptum, falsum est.**
5. An in mulieres cadant virtutes? **A.**
6. An qui mulieres defendere conetur non esse homines, sint Sophista? **A.**
7. An substantia recipiat magis & minus? **N.**
8. An convivia in Rep. ferenda? **D.**
9. An in causis detur circulus? **A.**

Liberitas.

1. motus, an genitio obiectus vel secundus per seipsum, hoc id est
scimus **liber** operum in multis potest senti
propter frequentiam et levitatem.

2. omni si liberum est, tunc neque hoc ratione. Propterea
liber in rebus propriis, tunc potest ratione libet. Et hoc
dicto libet. Namque libet in rebus propriis, tunc libet in rebus
aliorum, quia inter ipsorum respectum non est ratio libet.
Et hoc propter rationem, quod in rebus propriis libet, et quod ad alios
non est ratio libet.

3. Beneficia ab aliis non auctorata honora; aliis, sicut etiam
liber, potest ratione libet. Et hoc ratione libet.

4. Indivisa et separata velut hoc illud, quod in dñe fidei, dico
quod in aliis libet, non auctorata, quare non
libet.

5. An iugis operis iste libet? A. Non libet, cum operis
et fidei, potest, opt. Deinde et operis non auctorata in toto.

Artium.

affinis est ad hanc & contumaciam. Obj. Opponitur cetera in istis
Artium & linguarum Cultura Ornatiſi-
mo Juveni, Dn.

CHRISTIANO CORFINIO
Rostochiensi, amico suo & Contubernali Cha-
riffissimo colendoq;

Sic allusivè

*ArayēapuqñzēGū

*Christianus Corfinius Rostochiensis Me-
gapolitanus.*

*Scis, ini, virtutis carpito flores: Hic sane
magnus honos.*

Delicias video cupidâ te mente petentem,
Pulchros te flores carpere velle refers?
En tibi Musarum campus patet atq; Rosarum
R O S T O C H I L, egregiè cultus uterq; jacet
Floribus Hic nitidis extrofsum corpus adornat;
Artibus Ille animum condecorare valeat.

Nè te deliciae capiant & vana voluptas;
Seria virtutum sit tibi cura rogo.

*Scis ubi campus, ini, virtutis carpito flores;
Hic sane magnus non periturus honos.*

Floribus his scateas, sis Corbulus hisce refertus,
En tibi C O R F I N I I nomen & omen erit.

Sic decus es Patriæ: sic spes animosa Parentum;
Magnaq; sic Generis fama futura tui.

Gratulabundus

JOHANNES VETTERUS
Spankhausen VVest.

ms. 30

ad huc a. adversarij? os eorum impurum ita b.
et a patrum, simili modo ac polygamie à DEo p.
frigidè! cum non permitta lgantur nude, veru
cepta injuncta quod ex ante allatis jam nobis co
est de polygame, apage jam cum commento, nu
nus enim quod mandatum habet, permissionem
Demum, quid si concludamus ita; Quicquid D.
cipit, & in N. T. non improbat, sed quo sapè sp. s.
dum, non est permisso nuda sed potius sit ap.
est, quod jam probatum fuit. Hoc a. latius de
est instituti; Et quid præterea Origenistico, M.
baptistico, & Photinianorum novellorum ing
dum & respondendum, Videantur nostrates Th.
p. m. vid. unà Dn. D. Affelmann. in disp. resolu
septem test. Christi in cruce tb. 26. alijs item vii
nobis sufficiat questionem à limine hac vice sal

VII.

Quid Temperanti faciendum à invitato, si ad potandum coga

Ebrietas vel est saturitatis, vel temulen
sionum. De illa pañim in doctrina Evangelica
nes Philocrati & Aeschini Philippum laudanti
tem, dixit, idem & spongia facere potest. En
tantus sapiens quam despiciat & scilicet ne digna
animalibus, que hac in parte meliori nota comm
sanè res vilis, at viliores tales homines. Plato
ebryj in speculo sese contemplarentur. Aristippus
multum biberet, nec tamen inebriaretur, quid, iz
ras, cum idem quoq; faciat mulus. Tales nostro
dolor) reservati seculo quoq; inveniuntur Ma

C. 3.

